Serenissimo & Potentissimo,

CAROLO II°,

Dei Gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regi, Fidei Defensori, &c.

NE miretur Sacra tua Majestas, hominem obscurum pedibus tuis advolutum, augustum tuum nomen lucubrationibus suis præfixisse: cum enim tuus Subditus, in lucem sit editus; & igitur hoc saltem jure patrocinium tuum vendicans; quid impedit, quin se cum munusculo suo acceptum iri speret. Non desunt tamen argumenta, quæ idem suaserunt: indoles tua sublimis, per universum terrarum orbem, inter eximias alias verè regias, quibus pollet dotes, celebrata, Musis etiam excolendis deditissima, quæ Scientias Artesq; promovere, & Literatos fovere satagit. Addo etiam, opor-